RECUEIL

DE

PRIÈRES.

PRIÈRES DU MATIN.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritûs Sancti. Amen.

v. Angelus Domini nuntiavit Mariæ ;

R. Et concepit de Spiritu Sancto. *Ave, Maria.*

v. Ecce ancilla Domini ;

R. Fiat mihi secundum verbum tuum. *Ave, Maria.*

v. Et verbum caro factum est ;

R. Et habitavit in nobis. *Ave, Maria.*

v. Ora pro nobis, sancta Dei genitrix ;

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde ; ut qui, angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus ; per Passionem ejus et Crucem, ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

(*Au temps pascal, à la place de l'Angelus, on dit le Regina cœli.*)